

quia earum consideratio Metaphysicā terminos transcendit, breuiter dicendū est, perfectionē propriā, quā illæ relationes dicūt (suppono. n. aliquā dicere) non includi formaliter & essentialiter in essentia Dei vt sic, seu vt absoluta & cōis est, non ob imperfectionē talium relationum, sed ob oppositionem, & in cōmunicabilitatē. Nō potuisset enim essentia cōitari Filio v.g. secundū totā suam essentialē rōnem, si in ea paternitas formaliter & essentialiter includeretur. In essentia ergo vt essentia cōtinetur eminenter perfectio omnium illarū relationum. Nihilominus tñ necessarium fuit illas perfectiones relationis formaliter esse in Deo, & quasi addi vt notato modo concipiendi loquamur) formali perfectionē essentia, nō vt ali quid perfectionis ei accresceret, neq; vt aliquod accidēs ei adiungeret, sed vt in illa natura infinita, posset esse cōstitutio proprii suppositi incōmunicabiliter subsistētis, & ideo illa perfectio nō est accidentalis, sed ppriē dī personalis. Est n. tantā perfectio & eminentia illius naturæ, vt nulla perfectio absoluta potuerit in ea esse omnino in cōdicabilis, vt ergo quasi determinaretur ad incōmunicabile suppositū, necessaria fuit relatio. Atq; ē vt in illa natura esse posset suppositorū distinctio, & interna processio vnus ab alio, quod ad fecunditatē, & infinitatem illius naturæ pertinebat. Quāquam verō in illo ineffabili mysterio intelligatur relatio vt sic formaliter addere perfectionem relationem, quæ in diuina essentia erat eminenter, non tamen cum distinctione aliqua actuali, quæ in re ipsa intercedat, seu ex natura rei sit inter relationem & essentiam, sed cum perfecta identitate, vt probabilior doctrina Theologorum docet, quā licet humana ratio comprehendere nō possit, est tamen magis cōsistentia veritati fidei. Sit propter hāc et caulam non pōt illa perfectio accidentalis existimari, nam si in creaturis substantia, et si in re ipsa distinguitur a natura, nō est accidentalis perfectio, sed substantialis; quāto magis relatiua subsistentia erit substantialis, & non accidentalis perfectio, cum & personam cōstituat, & in re non distinguitur a diuina natura, imo essentialiter in se illam includat.

Secunda ratio.

NAM si in Deo esset aliquid accidens, oportet illud esse, aut realiter, aut saltem modaliter a parte rei distinctū ab essentia diuina: hoc autē est impossibile; ergo est impossibile esse in Deo aliquid verū accidēs. Maior intellecta physice, & realiter, est clara, quia cum Deus sit perfectissima substantia, & in suo esse substantiali simplicissima, vt ostensum iam est, quidquid in eo realiter est, & a parte rei nō distinguitur ab ipso nō pōt esse n. si substantia. Quale n. accidens fieri pōt, quod nullū habet esse nisi substantiale? Si verō sumatur illa maior logicē, & in ordine ad prædicationes: & denominationes extrinsecas, seu rationis excludamus, et est euident, quia cum Deus extrinsecā necessitate sit, & duret, & alioqui sit immutabilis, nihil corū quæ illi intrinsicē conueniunt potest de illo per modum accidētis prædicari, necum esse verum accidens. Minor p. bari solet ab inconuenienti, quia aliās sequeretur esse in Deo veram cōpositiōnem. Sed nos nunc.

A vt nō possunt illatōne, quia hoc ipsum est, qd probare intēdimus, si non posse esse in Deo talem cōpositiōnem. Probatur ergo alter, quia si in Deo reperiretur accidēs re ipsa distinctum a substantia eius, vel haberet illud ab aliqua causā extrinseca, vel a propria essentia per naturalem emanationem ab illa. Primum est planē impossibile. Primum, quia est contra rationē primæ causæ, vt ab alia causā quidquam recipiat, aliās illa alia esset superior, & prior, saltem secundū eam rationem. Secundo, quia, salitē quoad talem perfectionem, penderet Deus ab extrinseca causā. Tertio, quia tale accidens esset commune, non propriū, vnde quantum est ex se, posset abesse & adesse, vnde secundū tale accidens Deus ex se esset mutabilis, quæ omnia sunt planē contra naturalem rationē. Secundū ē dici non potest. Primum, quia illa interna emanatio re vera esset aliqua efficiētia, quia per illā reciperet esse illud accidens, quod ex se non haberet esse: vnde esse talis accidētis, deberet esse participatū, & nō esse per essentia: esset ergo in Deo ab æterno quædā quasi mutatio seu receptio alterius rei seu entitatis participatæ & effectæ, hoc autē dicit manifestā imperfectionem.

B Dicit fortasse aliquis, illud accidens nec fieri ab extrinseca causā, nec dimanare ab interna efficiētia Dei, sed per se se, & ex intrinseca necessitate esse coniunctum cum substantia Dei sine vlla efficiētia. Sed hoc facile etiam ex superioribus dictis refellitur, tum quia esse a se, & abique efficiētia, non potest cōuenire duobus entibus omnino essentialiter distinctis, qualia essent tale accidens, & substantia; tum etiā quia illud accidens essentialiter esset ens in alio, quæ est magna imperfectio; ergo non posset esse ens a se, quæ est summa perfectio. Denique est generalis ratio, quia substantia Dei respectu talis accidētis esset in potentia passiva & receptiua, quod repugnat primo ac proprio actui: omnino ergo repugnat esse in Deo aliquid verum accidens.

C Sed occurrit statim difficultas, quia, licet in accidente realiter distincto satis sint euidentes rationes factæ, de aliquo autē accidentaliter modo ex natura rei distincto non videntur habere posse tantā vim, quia ad hos modos nō semper requiruntur efficiētia, aut propria cōpositio. Et maxime auget difficultatē, qd multi & graues Theologi sentiunt attributa diuina (præsertim intellectū & voluntatē, & perfectiones quæ ad hæc spectant, vt sapientia, iustitia, misericordia) distingui formaliter ex natura rei ab essentia diuina: qui tamē nullo modo admitterent cōpositiōnem in re, neq; esse etiuam diuinauonem a tributurum ab essentia. Tributur autem illa sententia communiter Scotto in 1. d. 2. q. 7. & d. 8. q. 4. Tandem augetur difficultas ex actibus liberis diuinæ voluntatis qd aliquam rem in Deo ponunt, nam vere in re ipsa Deus vult, quod liberē vult. Non pōt autē Deus realiter velle nisi per aliquam rem, quæ in ipso sit; qd si est res aliqua, et erit aliqua perfectio iuxta principia supra posita de ente & bono: illa autē res & perfectio tā erit libera Deo, sicut ipse actus, quo liberē vult, cum sit idem; liberi autē perfectione nō potest in re non esse distincta a perfectione necessaria. Ergo vel dicatur factus coniunctus in Deo non esse actus liberus, quod dici nō pōt, vt infra ostendam; vel non probat, non posse esse

VIII.

IX.